



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio LXXXVI. De defectu penitentiaë.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

cum Deus infantie aliquid habitum scientie moralis vel naturalis, aut habitum temperantiae seu fortitudinis. Rursum sciendum est, quod aliud est habere aliquem habitum electivum secundum rationem rectam, & aliud est habere similem habitum secundum rationem virtutis, ubi gratia, aliud est habere habitum amoris, acquiruntur ex frequentibus actibus amandi Deum, & proximum etiam secundum regulas fidei, & aliud est habere virtutem charitatis, habere enim virtutem charitatis, est habere habitum infusum, dividendum filios Dei a filiis perditionis, habere autem habitum acquisite charitatis non est habere huiusmodi virtutem, quae est donum Dei ut ex se patet. His praemissis dicitur, quod poenitentia, est per se virtus infusa, quantumcumque ex frequentatis poenitentiae actibus similis habitus generari possit, inquam tamen pervenit ad plenam rationem virtutis poenitentiae, quia nunquam pervenit ad hoc, quod sit donum reconcilians Deo offenso. Quod autem poenitentia sit virtus per se infusa, ex eo patet, quod omnes illae virtutes, quae ex suo genere ordinantur hominem secundum statum vitae gratiae, sunt ex suo genere infusae: ut pote excedentes statum vitae, quae est secundum naturam & rationem naturalem: sed virtutem poenitentiae, constituat statum vitae, quae est secundum gratiam Dei per vine relictam & religionem, ut est circa sacramentum, circa venerationem Dei, unius & trini, &c. Unde apparet falsum esse solas theologicas virtutes esse infusas, & virtutem poenitentiae posse esse infusam seu cum peccato mortali, optime quae auctor dixisse, quod actus & habitus charitatis simul sunt in actu & habitu poenitentiae, cum iustificat impius. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

est motus spei; quo quis sub spe veniae consequendae assumit propositum emendandi. quintus actus est motus charitatis, quo alii cui peccatum displicet, secundum seipsum, & non iam propter supplicia. Sextus actus est motus timoris filialis, quo propter reverentiam Dei aliquis emendam Deo voluntarius offert. Sic igitur patet, quod actus poenitentiae a timore servili procedit, sicut a primo motu affectus ad hoc ordinato, a timore autem filiali sicut ab immediato, & proximo principio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod peccatum primo incipit homini displicere (maxime peccatori) propter supplicia, quae respicit timor servilis, quam propter Dei offensam vel peccati turpitudinem, quod pertinet ad charitatem.

AD SECVNDVM dicendum, quod in regno celorum appropinquante intelligitur adventus regis, non solum praemiantis, sed etiam punientis, unde & Matth. 3. Ioannes baptista dicebat, Progenies uiperarum, quis demonstrabit vobis fugere a ventura ira?

AD III. dicendum, quod ipse est motus timoris procedit ex actu Dei conuertentis cor. unde dicitur Deut. 3. Quis det eos talē habere mentem, ut timeant me, & ideo pro hoc, quod poenitentia a timore procedit, non excludit quin procedat ex actu Dei conuertentis cor.

ARTICVLVS VI.

Utrum poenitentia sit prima virtutum.

AD SEXTVM sic procedit. Videtur, quod poenitentia sit prima virtutum: quia super illud Mat. 3. Poenitentiam agite, dicit gl. *Prima virtus est, per poenitentiam punire veterem hominem, & uitia odisse.

¶ 2. Praet. Recedere a termino, prius esse videtur, quam accedere ad terminum: sed omnes aliae virtutes pertinere videntur ad accessum ad terminum (quia per omnes ordinatur homo ad bonum agendum) poenitentia autem videtur ordinari ad recessum a malo, ergo poenitentia videtur esse prior omnibus aliis virtutibus.

¶ 3. Praet. Ante poenitentiam est peccatum in anima: sed simul cum peccato nulla virtus animae inest, ergo nulla virtus est ante poenitentiam: sed ipsa videtur esse prima,

quae aliis aditum aperit, excludendo peccatum.

SED CONTRA est, quod poenitentia procedit ex fide, spe, & charitate, sicut iam dictum est. non ergo est poenitentia prima virtutum.

RESPON. Dicendum, quod in virtutibus non attenditur ordo temporis quantum ad habitum: quia cum virtutes sint connexae (ut in secunda parte habitum est *) omnes simul incipiunt esse in anima: sed dicitur una earum esse prior altera ordine naturae, qui consideratur ex ordine actuum, secundum quod actus unius virtutis praesupponit actum alterius virtutis, secundum hoc igitur dicendum est, quod actus quidam laudabiles etiam tempore procedere possunt actum, & habitum poenitentiae, sicut actus fidei & spei in fornicium, & actus timoris servilis. Actus autem & habitus charitatis simul sunt tempore, cum actu & habitu poenitentiae, & cum habitibus aliarum virtutum. nam sicut in secunda parte habitum est, * in iustificatione impii simul est motus liberi arbitrii in Deum, (qui est actus fidei per charitatem formatus) & motus liberi arbitrii in peccatum, qui est actus poenitentiae, horum tamen duorum actuum, primus naturaliter praecedit secundum, nam actus virtutis poenitentiae est contra peccatum ex amore Dei, unde primus actus est ratio & causa secundi. Sic igitur poenitentia non est simpliciter prima virtutum, nec ordine temporis, nec ordine naturae: quia secundum ordinem naturae simpliciter praecedunt ipsae virtutes a theologice, sed quantum ad aliquid est prima inter ceteras virtutes ordine temporis, quantum ad eius actum, qui primus occurrit in iustificatione impii: sed ordine naturae videtur esse aliae virtutes priores, sicut quod est per se est prius eo, quod est per accidens. nam aliae virtutes, per se videntur esse necessarie ad bonum hominis, poenitentia autem supposito quodam peccato praesistente, sicut etiam dictum est * circa ordinem sacramenti poenitentiae ad alia sacramenta praedicta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod gl. illa loquitur quantum ad hoc, quod actus poenitentiae primus est tempore inter actus aliarum virtutum moralium.

AD SECVNDVM Dicendum, quod in motibus successivis recedere a termino, est prius tempore quam pervenire ad terminum, & prius natura, quantum est ex parte subiecti, siue secundum ordinem causae materialis: sed secundum ordinem causae agentis, & finalis, prius est pervenire ad terminum, hoc enim est quod primo agens intendit, & hic ordo praecipue attenditur in actibus animae, ut dicitur in 2. physico.

AD TERTIVM Dicendum, quod poenitentia aperit aditum virtutibus, expellendo peccatum per virtutem fidei & charitatis, quae sunt naturaliter priores: ita tamen aperit eis aditum, quod ipsae simul intrant cum ipsa, nam in iustificatione impii simul cum motu liberi arbitrii in Deum & in peccatum, est remissio culpae & infusio gratiae, cum qua simul infunduntur omnes virtutes, ut in secunda parte habitum est.*

QV AESTIO LXXXVI.

De effectu poenitentiae quo ad mortaliū peccatorum remissionem, in sex articulos divisa.

ET INDE considerandum est de effectu poenitentiae. Et primo, quantum ad remissionem peccatorum mortalium, secundo, quantum ad remissionem peccatorum venialium, tertio, quantum ad reditum peccatorum dimissorum, quarto

Ar. prae.

1.2. q. 65. a. 1.

D. 1177.

1.2. q. 112. a. 1. & 2.

D. 1018.

q. 66. art. 4.

1.2. q. 113. ar. 7. & 8. & 9. 65. ar. 3. & 2.

quarto quantum ad restitutionem uirtutum .

CIRCA primum queruntur sex .

¶ Primo, Vtrum omnia peccata mortalia per penitentiam auferantur .

¶ Secundo, Vtrum possint sine penitentia tolli .

¶ Tertio, Vtrum unum possit remitti sine alio .

¶ Quarto, Vtrum penitentia auferat culpam remanente reatu .

¶ Quinto, Vtrum remaneant reliquiae peccatorum .

¶ Sexto, Vtrum auferre peccatum, sit effectus poenitentiae in quantum est uirtus, an in quantum est sacramentum .

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum per penitentiam omnia peccata remoueantur.

Infra q. 68. ar. 1. & 4. dist. 14. q. 2. art. 1. q. 1. & di. 16. q. 1. ar. 2. q. 1. & 7. contra c. 96. & op. 2. c. 146. Gl. interlinearis, ibi. li. 1. in ultimo fol. lito. 4.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod per poenitentiam non omnia peccata remoueantur. dicit enim Apostolus Heb. 12. quod Esau non inuenit poenitentiae locum, quamquam cum lachrymis inquisisset eam. glossa id est, non inuenit locum ueniae & benedictionis per poenitentiam. & 2. Mach. 9. dicitur de Antiocho, orabat scelestus Deum, a quo non erat misericordiam consecuturus. non ergo uidetur, quod per poenitentiam omnia peccata tollantur.

¶ 2. Præ. Aug. 7. dicit in lib. de sermone domini in monte, quod tanta labes est illius peccati, scilicet cum post agnitionem Dei per gratiam Christi, oppugnat aliquis fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam, inuidia facibus agitur, ut deprecandi humilitatem subire non possit, etiam si peccatum suum mala conscientia agnoscere & annuntiare cogatur. non ergo omne peccatum potest per poenitentiam tolli.

¶ 3. Præ. Dominus dicit Matth. 12. Qui dixerit contra Spiritum sanctum uerbum, non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. non ergo omne peccatum remitti potest per poenitentiam.

SED CONTRA est, quod dicitur Ezech. 18. Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor amplius.

RESPON. Dicendum, quod hoc, quod aliquod peccatum per poenitentiam tolli non possit, potest contingere dupliciter: uno modo, quia aliquis de peccato poenitere non possit: alio modo, quia poenitentia non possit delere peccatum. Primo quidem modo, non possunt per poenitentiam deleri peccata de monum, & et hominum damnatorum: quia affectus eorum sunt confirmati in malo: ita quod non potest eis displicere peccatum in quantum est culpa, sed solum displicet eis poena, quam patiuntur, ratione cuius aliquam poenitentiam, sed infructuosam habent, secundum illud Sap. 5. Poenitentiam agentes, & praerangustia spiritus gementes. unde talis poenitentia non est cum spe ueniae, sed cum desperatione. tale autem non potest esse aliquod peccatum hominis uiuatoris, cuius liberum arbitrium flexibile est ad bonum & ad malum. Unde dicere, quod aliquod peccatum sit in hac uita, de quo quis poenitere non possit, erroneum est. Primo quidem, quia per hoc tolleretur libertas arbitrii. Secundo, quia per hoc derogaretur uirtuti gratiae, per quam moueri potest cor cuiuscumque peccatoris ad poenitendum, secundum illud Proverb. 21. Cor regis in manu Dei, & quocumque uoluerit, uertet illud. Quod autem secundo modo non possit per ueram poenitentiam aliquod peccatum remitti, est etiam erroneum. primo qui-

D. 151.

D. 109.

Fdem, quia repugnat diuinae misericordiae, de qua dicitur Ioc. 2. quod benignus & misericors est, & patiens, & multae misericordiae, & praestabilis super malitia: uinceretur enim quodammodo Deus ab homine, si homo peccatum uellet deleri, quod Deus delere non uellet. Secundo, quia hoc derogaret uirtuti passionis Christi, per quam poenitentia operatur, sicut & cetera sacramenta, cum scriptum sit prima Ioan. secundo. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non solum nostris, sed etiam totius mundi. unde simpliciter dicendum est, quod omne peccatum in hac uita per poenitentiam ueram deleri potest.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Esau non uere poenituit: quod patet ex hoc, quod dixit, ueniet dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Similiter etiam, nec Antiochus uere poenituit: dolebat enim de culpa praeterita, non propter offensam Dei, sed propter infirmitatem corporalem, quam patiebatur.

AD SECVDVM dicendum, quod illud uerbum Aug. sic intelligendum est, tanta est labes illius peccati, ut deprecandi humilitatem subire non possit, scilicet de facili, secundum quod dicitur illud non posse sanari, qui non potest de facili sanari: potest tamen hoc fieri per diuinam gratiam uirtutem, quae etiam interdum in profundum maris conuertit, ut dicitur in psalm. 67.

AD TERTIVM dicendum, quod illud uerbum, uel blasphemiam contra Spiritum sanctum est finalis impoententia, ut August. dicit in lib. de uerbis domini: quae penitus irremissibilis est: quia post finem huius uita non est remissio peccatorum. uel si intelligatur per blasphemiam Spiritus sancti peccatum, quod fit ex certa malitia, uel etiam ipsa blasphemiam Spiritus sancti, dicitur non remitti, scilicet de facili: quia tale peccatum non habet in se causam exultationis, uel quia pro tali peccato puniatur aliquis, & in hoc seculo & in futuro, ut in secunda parte oppositum est.

ARTICVLVS II.

Vtrum sine poenitentia peccatum remitti possit.

AD SECVDVM sic procedit. Videtur, quod sine poenitentia peccatum remitti possit: non enim est minor uirtus Dei, circa adultos quam circa pueros: sed pueris peccata dimittit sine poenitentia, ergo etiam & adultis. ¶ 2. Præ. Deus uirtutem suam sacramentis non alligauit: sed poenitentia est quoddam sacramentum, ergo uirtute diuina possunt peccata sine poenitentia dimitti. ¶ 3. Præ. Maior est misericordia Dei, quam misericordia hominis: sed homo interdum remittit offensam suam homini etiam non poenitenti. unde & ipse dominus mandat Mat. 5. Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, ergo multo magis Deus dimittit offensam suam hominibus non poenitentibus.

SED CONTRA est, quod

¶ Super quibus ostenditur in secunda articulo secundum.

I n ar. 2. quæst. 86. circa illud, Offensa directe opponitur gratiae, & eius ratio est, quod dicitur, ex hoc enim dicitur aliquis alteri esse offensus, quod repellit eum a gratia sua, dubium occurrit, tum quia falsum est offensam directe opponi gratiae, cum offensam sit in uoluntate, gratia autem secundum Auctorem in essentia animae. non est ergo directe oppositio, siue priuatiua, siue contraria, cum utraque requirat identitatem subiecti: tum quia falsum est, quod assumitur pro ratione: nam ex parte offensis hec duo, scilicet esse offensum, & abijcere a sua gratia offendentem, nec sunt idem, nec secundum est ratio primi: sed primum est ha-

D. 109.

In serm. 1. 1. medio ad 6. act. 10. 20.

2. 2. q. 14. art. 1. 2. 2. q. 4.

Infra 1. cor. & q. 87. ar. 1. cor. & 4. dist. 14. q. 2. ar. 1. dist. 16. q. 1. art. 2. q. 1.

habet ut causa secundi, ut patet in exemplo: prius enim offendit consumelia a Petro, & ex hac denominat offensus passivus: deinde per actum proprii voluntatis meae abiicio Petrum a mea gratia, quia prius offendit me: ubi manifeste patet, non ex hoc dici me offensum, quia abiicio Petrum a mea gratia: sed contra, casualiter tamen, ideo me abiicio Petrum a mea gratia, quia offensus sum: cum, quia haec duo, scilicet esse offensum, & abiicere a sua gratia offendentem, non sunt inseparabiliter connexa: sed ita aliquem esse offensum, & tamen non abiicere a sua gratia offendentem, ut saepe contingere videtur inter virum, & uxorem adulteram, seu inter patrem, & filium ingratum: offensus enim remittit ad iudicium seu filium in sua gratia. Rite ergo fundamentum hoc in littera possum.

¶ Ad hoc dicitur, quod offensus potest dupliciter considerari. Primo, ex parte actus quo inferitur offensus, & sic offensus directe opponitur charitatis restandi in actu debitor: est enim deformitas actus, prius perfectione charitativa. Alio modo ex parte suppositi offendentis: persona enim est quae primo offendit, actus autem quo offendit quasi instrumentum personae est, & sic proprie, & formaliter consideratur offensus: & sic offensus directe opponitur gratiae, demeritorie tamen, nam offendens eo ipso, quod offendit demeretur, & quantum in se est, prius se gratia eius, quem offendit. Vnde quia offendens ut sic, quantum in se est abiicit a se gratiam offensus, recte dicitur, quod offensus directe gratiae opponitur, privative, demeritorie. Vbi etiam videtur potes saluari identitatem subiecti primi denominati tam a gratia, quam ab offensu: nam persona est quae primo offendit, & quae primo grata est.

¶ Ad secundum vero dicitur, quod procedit ex malo intellectu litterae: aliud est enim, formaliter loquendo, esse offensum ab aliquo, & aliud est ultra hoc quod est esse offensum, habere se ut offensum. Primum enim, scilicet esse offensum, nihil ponit aut tollit in offensu, sed solum denominationem. secundam autem addit actum, quo se habet ut offensus. Obiectiones igitur secundae & tertio loco inductae, acceperunt esse offensum, quo ad primum, littera vero utitur esse seu dici offensum quo ad utrumque, scilicet, & ad esse offensum, & quo ad habere se ut offensum. Constat autem quod in hoc consistit offensum habere se, ut offensum, quod abiicit a sua gratia offendentem: quantumcumque enim offensus quis sit, nisi abiicit offendentem a sua gratia, non se habet ut offensus. Et ad hoc forte denotandum usurpavit Auctor novam constructionem grammaticaliter, dicens, offensum alteri abiicere eum a sua gratia dicendo, offensus alteri, intelligi voluit, habens se ut offensum ad alterum. Et iuxta hunc sensum intellecta littera omnes excludit obiectiones, quoniam omnes in equivoquo laborant.

Dominus dicit Hier. 18. Si penitentiam egerit gens illa a malo quod fecit, agam & ego penitentiam super malo quod cogitavi, ut facerem ei. & sic e contrario videtur, quod si homo penitentiam non agat, quod Deus ei non remittat offensam.

RESPON. Dicendum, quod impossibile est peccatum actuale mortale sine penitentia remitti. loquendo de poenitentia, quae est virtus. Cum enim peccatum sit Dei offensum, eo modo Deus peccatum remittit, quo remittit offensam in se commissam. Offensa autem, directe opponitur gratiae: ex hoc enim dicitur aliquis alteri esse offensus, quod repellit eum a gratia sua. Sicut autem habitum est, in secunda parte, hoc inter est inter gratiam Dei, & gratiam hominis, quod gratia hominis non casualiter, sed praesupponit bonitatem veram vel apparatus in homine grato, sed gratia Dei casualiter bonitatem in homine grato: eo quod bona voluntas Dei, quae in nomine gratiae intelligitur, est causa omnis boni creati, unde potest contingere, quod homo remittat offensam, qua offensus est alicui, absque aliqua immutatione voluntatis eius: non autem contingere potest, quod Deus remittat offensam alicui absque immutatione voluntatis eius. Offensam autem peccati mortalis, procedit ex hoc, quod voluntas hominis est averfa a Deo per conversionem ad aliquod bonum commutabile. unde requiritur ad remissionem diuinae offensae, quod voluntas hominis sic immutetur, ut conuertatur ad Deum cum detestatio-

ne conversionis praedictae, & proposito emendae, quod pertinet ad rationem penitentiae, secundum quod est virtus. & ideo impossibile est, quod peccatum alicui remittatur sine penitentia, secundum quod est virtus. Sacramentum autem penitentiae (sicut supra dictum est) perficitur per officium sacerdotis ligantis, & soluentis: sine quo potest Deus peccatum remittere, sicut remittit Christus mulieri adulterae, ut legitur Ioan. 8. & peccatrici, ut legitur Luc. 7. quibus tamen non remittit peccata sine virtute penitentiae. nam sicut Greg. dicit in homil. per gratiam traxit intus, scilicet ad poenitentiam, quam per misericordiam suscipit foris.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in pueris non est nisi peccatum originale, quod non consistit in actuali deordinatione voluntatis, sed in quadam habituali deordinatione naturae, ut in secunda parte habitum est. & ideo remittitur eis peccatum cum habituali immutatione per infusionem gratiae, & virtutum, non autem cum actuali: sed adulto in quo sunt actualia peccata, quae consistunt in deordinatione actuali voluntatis non remittuntur peccata, etiam in baptismo, sine actuali immutatione voluntatis, quod fit per penitentiam.

AD SECUNDUM Dicendum, quod illa procedit de penitentia, secundum quod est sacramentum.

AD TERTIUM dicendum, quod misericordia Dei est maioris virtutis, quam misericordia hominis in hoc, quod immutat voluntatem hominis ad penitentiam, quod misericordia hominis facere non potest.

AD SECUNDEM Dicendum, quod illa procedit de penitentia, secundum quod est sacramentum.

AD TERTIUM dicendum, quod misericordia Dei est maioris virtutis, quam misericordia hominis in hoc, quod immutat voluntatem hominis ad penitentiam, quod misericordia hominis facere non potest.

¶ Et ex hoc sensu patet ratio solutionis ad primum: nam offensus, quod nihil aliud est, quam quod offensus, repellat a sua gratia offendentem.

¶ In eodem art. adverte, quod dupliciter loqui possumus de possibili seu impossibili in hac materia, dum dicitur, quod impossibile est peccatum alicui remitti sine penitentia virtute: & similiter, quod non potest contingere, quod Deus remittat offensam alicui absque immutatione voluntatis eius, vel de possibili secundum potentiam absolutam. Et si quidem sit sermo de possibili secundum potentiam ordinariam, nulla relinquitur difficultatis diversae opinio: omnes enim fatemur, quod qui creatur sine te, non saluabit te sine te: sed si de possibili absolute sit sermo, accedit questio cum Scot. tractata a nobis superius in commentariis super prima sententiae, q. 1. art. 2. & ideo nunc repetenda haec difficultas non puto: sed pro praesenti proposito sufficit verificare ea quae in littera dicuntur, secundum possibile vel impossibile penes potentiam ordinariam.

¶ In eodem art. & specialiter in ratione ad primum pro quanto ad omnem remissionem peccatorum actualium, actualis immutatio voluntatis eorum, reus attribuitur penitentiae & in baptismo, dubium occurrit: cum saltem hoc videtur, quia propositum emendae in qua ratione formalis penitentiae dicitur consistere, non habet locum in adulto consequente per baptismum plenam remissionem omnium peccatorum: quoniam ut Ambr. docuit baptismus omnia condonat, nullumque luctum &c. requirit.

¶ Ad hoc dicitur, quod baptismus non praesupponit, sed affert se cum actu penitentiae virtutis perfecti: quoniam sicut baptismus datur in remissionem peccatorum, ita qui baptizatur, suscipit illud in remissionem peccatorum: ac per hoc in ipsa susceptione baptismi subiciendo se illi, & fateatur se peccasse, & detestatur priorem vitam, moriendo illi, & subiciendo se Deo ut noui Christi membrum. Et quia hoc totum eligit in remissionem peccatorum, euidenter constat: interuenire in baptismo, propositum emendae, non futuram, sed praesentem, quae magis voluntas ac electio emendae dicenda est: eligere siquidem haec in remissionem peccatorum, est eligere emendam pro peccatis quo ad culpam, & quo ad poenitentiam ratione tantum beneficii, quantum est baptisma. Non igitur est intelligendum baptismum omnia condonare, sic quod nullum actum in adulto requirat, sed sic, quod opportunos actus fecerit affert, nec eget adminiculo alieno. Et hic est optimus modus omnia condonandi.

Tertia S. Thomae. OO AR-

Q. 84. art. 3.

Hom. 33. in euang. ad lege a pri.

1. 2. q. 83. art. 2.

ARTICVLVS IIII.

Utrum possit per penitentiam unum peccatum sine alio remitti.

2. q. 9. ar. 1. & 2. di. 36. ar. 1. & 4. di. 35. q. 1. ar. 2. q. 1. corp. & disto. q. 2. ar. 1. q. 2. cor. & disto. q. 2. ar. 5. q. 3. ad 1. Homil. 10. Ezech. circa medium. In psal. 118. serm. 18. in prin. tom. 4. referret de consec. di. 3. c. 1. coniola. 210.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur quod possit per penitentiam unum peccatum sine alio remitti. De n. Amos 4. Plui super vnam ciuitatem, & super alteram ciuitatem non plui: pars vna compluta est, & pars super quam non plui, aruit, quod exponens Greg. super Ezech. dicit, Cum ille qui proximum odit, ab alijs vitijs se corrigit, una cadetq; ciuitas ex parte copluitur, & ex parte arida manet: quia sunt qui cum quadam iustia rescant, in alijs grauiter perdurat: ergo potest unum peccatum per penitentiam dimitti sine alio.

¶ 2. Præ. Ambr. † dicit super Beati immaculati in via. Prima consolatio est, quia non obliuiscitur misericorditer Deo, secunda per penitentiam, ubi, & si fides desit, poena satisfacit, & releuat. Potest ergo aliquis releuari ab aliquo peccato, manente peccato infidelitatis.

¶ 3. Præ. Eorum quæ non necesse est esse simul, unum potest auferri sine alio: sed peccata (ut in secunda parte habitum est. *) non sunt connexa, & ita unum eorum potest esse sine alio, ergo etiam unum eorum potest remitti sine alio per penitentiam.

¶ 4. Præ. Peccata sunt debita, quæ nobis relaxari petimus, cum dicimus in oratione dominica, Dimitte nobis debita nostra &c. sed homo quædoque dimittit unum debitum sine alio, ergo etiam Deus per penitentiam dimittit unum peccatum sine alio.

¶ 5. Præ. Per dilectionem Dei relaxantur hominibus peccata, secundum illud Hier. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans: sed nihil prohibet, quin Deus diligat hominem quantum ad unum, & sit ei offensus quantum ad aliud, sicut peccatorem diligit quantum ad naturam: odit autem quantum ad culpam. ergo uidetur possibile, quod Deus per penitentiam remittat unum peccatum sine alio.

In lib. de uera, & falsa penit. c. 6. par. ante medium to. 4.

SED CONTRA est, quod Aug. * dicit in li. de penitentia, Sunt plures quos penitet peccasse, sed non omnino, referuantes sibi quadam in quibus delictentur: non animaduertentes, Dominum simul mutum & surdum a demonio liberasse, per hoc docens nos nunquam nisi de omnibus sanari.

D. 101.

RESPON. Dicendum, quod impossibile est per penitentiam unum peccatum sine alio remitti. Primo quidem, quia peccatum remittitur in quantum tollitur Dei offensam per gratiam. Vnde in secunda parte habitum est, * quod nullum peccatum potest remitti sine gratia: omne autem peccatum mortale contrariatur gratiæ, & excludit eam. Vnde impossibile est, quod unum peccatum sine alio remittatur. Secundo, quia (sicut ostensum est *) peccatum mortale non potest sine uera penitentia remitti, ad quam pertinet deserere peccatum, in quantum est contra Deum: quod quidem est commune omnibus peccatis mortalibus: ubi autem est eadem ratio, & idem effectus. Vnde non potest esse uere penitens, qui de uno peccato penitet, & non de alio.

Q. 101. ar. 7. & 11. ar. 2.

Si enim displiceret ei illud peccatum, quia est contra Deum super omnia dilectum (quod requiritur ad rationem ueræ penitentia) sequeretur quod de omnibus peccatis peniteret. Vnde sequitur, quod impossibile sit unum peccatum per penitentiam remitti sine alio. Tertio, quia hoc esset contra perfectionem misericordiae Dei, cuius perfecta sunt opera, ut dicit Deut. 32. unde cuius miseretur, totaliter miseretur. & hoc est quod Aug. * dicit in lib. de penitentia. Quædam impietas infidelitatis est, ab illo qui iustus,

In li. de uera, & falsa penit. c. 6. non longe a fine to. 4.

& iustitia est dimidiam sperare ueniam.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illud uerbum Greg. non est intelligendum quantum ad remissionem culpæ, sed quantum ad cessationem ab actu: quia interdum ille qui plura peccata consuevit committere, deserit unum, non tamen aliud: quod quidem fit auxilio diuino: quod tamen non pertingit usque ad remissionem culpæ.

AD SECUNDUM dicendum, quod in uerbo illo Amb. Fides non potest accipi, quia creditur in Christum: quia ut Aug. * dicit super illud Ioan. 15. Si non uenisset, & locutus es non fuisset, peccatum non haberet. Infidelitatis hoc enim est peccatum, quod tenetur cuncta peccata: sed accipitur fides pro conscientia: quia interdum per penas, quas quis patitur sustinet, consequitur remissionem peccati, cuius conscientiam non habet.

AD TERTIUM dicendum, quod peccata quamuis non sint connexa, quantum ad conversionem ad bonum commutabile, sunt tamen connexa quantum ad aconversionem a bono incommutabili, in qua conueniunt omnia peccata mortalia. & ex hac parte habent rationem offensæ, quæ oportet per penitentiam tolli.

AD QUARTUM dicendum, quod debitum exterioris rei (puta pecuniæ) non contrariatur amicitia, ex qua debitum remittitur: & ideo potest unum dimitti sine alio: sed debitum culpæ contrariatur amicitia: & ideo una culpa uel offensam non remittitur sine altera: ridiculum enim uideretur, quod etiam ab homine aliquis ueniam peteret de una offensa, & non de alia.

AD QUINTUM dicendum, quod dilectio qua Deus diligit hominis naturam, non ordinatur ad bonum gloriæ, a quo impeditur homo per quodlibet peccatum mortale: sed dilectio gratiæ per quam fit remissio peccati mortalis, ordinat hominem ad uitam æternam, secundum illud Rom. 6. Gratiæ Dei, uita æterna. Vnde non est similis ratio.

ARTICVLVS IIII.

Utrum remissa culpa per penitentiam remaneat reatus poenæ.

Super Quaestione 86. Articulum 4.

AD QUARTUM sic proceditur. AVT quod remissa culpa per penitentiam, non remaneat reatus poenæ. Remota enim causa, remouetur effectus: sed culpa est causa reatus poenæ: ideo enim est aliquis dignus poenâ, quia culpam commisit. ergo remissa culpa, non potest remanere reatus poenæ.

In artic. 4. eiusdem quaestio. in responsione ad primum, pro quanto ibi dicitur, quod remissio peccati mortali remanet ordinata conuersio ad commutabile bonum, pro qua debetur reatus poenæ temporalis, ad uerte sententiâ hanc intelligi de possibili, & quo ad inordinationem: non autem necessesse est remanere humilissimi modi conuersionis, sed potest simul totum tolli. Et similiter dato quod non totum sit sublatum, non est necesse remanere ipsam conuersionem, sed in ordinatione, quæ fuit ipsius conuersionis. Potest enim qui peccato auaritiæ deliquit, ante remissionem peccati dimittis auaritiæ actibus & inclinationibus, in oppositos actus conuerti, & tunc apparet, quod adueniente gratia remittente peccatum prioris auaritiæ, non remanet

Tract. 4. in Ioan. inter pri. & uel. tom. 9.

Supra q. 67. ar. 3. ad 3. & q. 69. ar. 10. ad 3. & 4. di. 14. q. 1. ar. 10. & 10. 11. 12. 4. Et Heb. 6.

Q. 86. 8. 9. & 9. 7. 1. 1. 1.

remanet conuersio illius habitualis ad cōmutabile bonum, sed inordinatio ipsius incuria, per p̄quam temporalem ordinatōnem siquidem illius inordinatiōnis remanet reatus p̄ne temporalis, tamē, quouique culpabilis inordinatiō ordinata sufficenter fuerit per penam.

SED CONTRA est, qd̄ 2. Reg. 12. d̄r, q̄ cum Dauid penitens dixisset ad Nathan, Peccaui d̄no, dixit Nathan ad illū, D̄ns quoq; transulit peccatū tuum, nō morieris: veruntamen filius qui natus est tibi, morte moriet: quod fuit in penā p̄cedentis peccati, ut ibidem d̄r. ergo remissa culpa, remanet reatus alicuius p̄ne.

RESPON. Dicendum, q̄, sicut in secunda parte habitū est, * in peccato mortali sunt duo. scilicet

1. ab incommutabili bono, & conuersio ad cōmutabile bonū inordinata. ex parte ergo auersionis ab incommutabili bono, consequitur peccatū mortale reatus poenae aeternae, ut qui contra aeternum bonum peccauit, in aeternū puniatur: ex parte. n. conuersionis ad bonum cōmutabile, inquantū est inordinata, consequitur peccatum mortale reatus alicuius poenae: quia inordinatio culpa non reducit ad ordinē iustitiae, nisi per penā: iustū est. n. vt qui voluntati suae plus indulget, q̄ debuit, cōtra voluntatē suā aliquid patitur: sic. n. erit aequalitas. vñ Apoc. 18. d̄r. Quantum gloriificauit se, & in delicijs fuit, t̄m date illi tormentum & luctum: quia t̄m conuersio ad bonū commutabile est finita, non habet ex hac parte peccatū q̄ debeatur ei poena aeterna. vñ si sit inordinata conuersio ad bonū commutabile sine auersione a Deo, sicut est in peccatis diuinalibus, non debetur peccato poena aeterna, sed tp̄alis. q̄n̄ igitur per gratiam remittitur culpa, tollitur auersio animae a Deo, inquantum per gratiam anima Deo coniungitur: unde & per consequens simul tollitur reatus poenae aeternae, potest tamen remanere reatus alicuius poenae temporalis.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ culpa mortalis utrumq; habet, & auersionē a Deo & conuersionē ad bonum creatum: sed sicut in secunda parte habitum est, * auersio a Deo, est ibi sicut formale: cōuersio aut̄ ad bonū creatū, est ibi sicut materiale. Remoto aut̄ formali cuiuscumq; rei, tollitur species, sicut remoto rationali tollitur species humana: & iō ex hoc ipso d̄r culpa mortalis remitti, q̄ per gratiam tollitur auersio mentis a Deo simul cum reatu p̄ne aeternae: remanet t̄m illud quod est materiale. Inordinata conuersio ad bonum creatum, pro qua debetur reatus poenae temporalis.

AD SECVNDVM dicendum, q̄, sicut in secunda parte habitum est, * gratiam pertinet operari in homine iustificando ipsum a peccato, & cooperari homini ad recte operandū. Remissio igitur culpa & reatus poenae aeternae, pertinet ad gratiā operantem: sed remissio reatus poenae tp̄alis pertinet ad gratiā cooperantē, inquantum. s. hō cum auxilio diuinā gratiā patienter poenas tolerando, absoluitur et̄ a reatu poenae tp̄alis. sicut igitur prius est effectus gratiā operantis, q̄ gratiā cooperantis, ita et̄ prius est remissio culpa & poenae aeternae, q̄ plena absolutio a poena tp̄ali: utrumq; enim est a gratia, sed primū a gratia sola, secundum, ex gratia & libero arbitrio.

AD TERTIVM dicendum, q̄ passio Christi de se sufficiens est ad tollendum oēm reatum poenae nō solum aeternae, sed et̄ tp̄alis, & secundum modum quo homo participat uirtutem passionis Christi, percipit etiam absolutionem a reatu poenae. In baptismo autem homo participat totaliter uirtutem passionis Christi, utpote per aquam, & spiritum Christo commortuus peccato, & in eo regeneratus

ad nouam vitam, & ideo in baptismo homo consequitur remissionem reatus totius poenae. In poenitentia uero consequitur uirtutem passionis Christi, secundum modum priorum actuum, qui sunt materia poenitentiae, sicut aqua baptismi, ut supra dictum est. * Et ideo non statim per primum actum poenitentiae quo remittitur culpa, soluitur reatus totius poenae. sed completis omnibus poenitentiae actibus.

ARTICVLVS V.

Utrum remissa culpa mortali tollantur omnes reliquiae peccati.

AD QVINTVM sic proceditur. Vt q̄ remissa culpa mortali, tollantur omnes reliquiae peccati. Dicit. n. f̄ Aug. in lib. de poenitentia: Numquā dominus aliquem sanauit, quem omnino non liberauit: totum. n. hominem sanauit in sabbatho: quia & corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione: sed reliquiae peccati pertinent ad infirmitatem peccati. ergo non uidetur possibile quod remissa culpa, remaneant reliquiae peccati.

¶ 2. Pr̄t. Secundum Diony. 4. c. de diu. no. bonum est efficacius q̄ malum: quia malum non agit nisi uirtute boni: sed homo peccando, simul totam infirmitatem peccati incurrit. ergo multo magis penitendo liberatur etiam ab omnibus peccati reliquijs.

¶ 3. Pr̄t. Opus Dei efficacius est, q̄ opus hominis: sed per exercitium humanorum operum ad bonum, tolluntur reliquiae peccati cōtrarij: ergo multo magis tolluntur per remissionem culpa, quae est opus Dei.

SED CONTRA est, q̄ Marci 8. legitur, q̄ cæcus illuminatus à Domino, primo restitutus est ad imperfectum uisum (unde ait, Video homines uelut arbores ambulantes) deinde restitutus est perfecte, ita ut uideret clare omnia. Illuminatio aut̄ cæci, significat liberationem peccatoris. Post primam * ergo remissionem culpa, qua peccator restituitur ad uisum spiritualem, adhuc remanent in eo aliqua reliquiae peccati prateriti.

RESPON. Dicendum, quod peccatū mortale ex parte conuersionis inordinatē ad bonum commutabile, quandam dispositionem causat in anima, uel etiam habitum, si actus frequenter iteretur: sicut autem dictum est, q̄ culpa peccati mortalis remittitur, inquantum tollitur per gratiam auersio mentis à Deo. Sublato autem eo, quod est ex parte auersionis, nihilominus remanere potest id, quod est ex parte conuersionis inordinatē, cum hanc contingat esse sine illa, sicut prius dictum est. † & ideo nihil prohibet quin remissa culpa, remaneant dispositiones ex p̄cedētibus actibus causate, quae dicuntur peccati reliquiae. Remanent tamen debilitatē & diminutē, * ita q̄ homini non dominentur. Et hoc magis per modum dispositionum, quā per modū habituum: sicut etiam remanet fomes post baptismum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ Deus totum hominē perfecte curat: sed q̄nq; subito, sicut socrum Petri statim restituit perfecte sanitati, ita ut surgens ministraret illis, ut legitur Luc. 4. quandoq; aut̄ succelsiue: sicut dictum est de cæco illuminato. Mar. 8. Et etiam spiritaliter quandoq; tanta commotione cōuertit cor hoīs, ut subito perfecte cōsequatur sanitate sp̄ualē, nō solū remissa culpa, sed sublati omnes

Q. 84. art. 1. & 3.

Supra ar. 4. ad 3. Et 4. dist. 14. q. 2. ar. 1. q. 3. & 1. cor. 11. le. 7.

In li. de vera & falsa poenit. capit. 9. post mediu. tom. 4.

Cap. 4. part. 9. inter principia & medium.

Alias post poenitentia ergo &c.

Ar. p̄ced.

Ar. p̄ced.

* Alias ita q̄ homini non dominentur magis p̄ modum dispositionum.

Q. 44. art. 3. ad 2.



nibus peccati reliquijs, vt patet de Magdalena, Luc. 7. Quandoq; autem prius remittit culpam per gratiam operantem, & postea per gratiam cooperantem successiue tollit peccati reliquias.

AD SECVNDVM dicendum, qd peccatum est quandoque statim inducit debilem dispositionem, utpote per unum actum causatam quandoq; autem fortior, causatam per multos actus.

AD TERTIVM dicendum, qd vno actu humano non tolluntur omnes reliquia peccati: quia ut dicitur in pradicamentis, prauus ad meliores exercitationes deductus, ad modicum aliquid proficiet, vt melior sit. Multiplicato autē exercitio ad hoc peruenit, ut sit bonus uirtute acquisita. Hoc autē multo efficacius facit diuina gratia, siue uno, siue pluribus actibus.

¶ Super Questio. 86. Artic. sextum.

ARTICVLVS VI.

Vtrum remissio culpæ sit effectus penitentiæ.

IN ar. 6. eiusdem q. pro quanto remissio culpæ ponitur effectus penitentiæ, secundum quod est uirtus, id est uirtutis seu uirtuosus actus, dubiū occurrit quoniam hoc uidetur repugnare an te dictis ab Auctore. Nam si remissio culpæ est effectus penitentiæ, ut est actus uirtuosus, oportet qd sit effectus non solum gratiæ, sed gratiæ & libe arbit. quoniam actus huiusmodi uirtutis liberi arbit. actus est. Oppositum autē dixit Auctor in hac eadem quest. artic. 4. ad secundum, dicens de remissione culpæ & de plena absolutione, quod utriusq; est a gratia, sed primum a gratia sola, secundum ex gratia & libe arbit. si n. est a sola gratia: ut distinguitur contra liberam arbitrium, sequitur quod non fit a gratia & a liberi arbitrii actu uirtuosus.

di. 4. 14. q. 3. ar. 1. q. 1.

q. 85. ar. 5.

Ar. preced.

¶ Ad hoc dicitur, qd quicquid alii forte somniant distinguendo in proposito concursum liber. arbit. actiue uel pure passiue, actus libe. arbit. in iustificatione impij concurretes, siue in Deum siue in peccatum, sunt uere actus non solum liberi arbitrii, sed a libero arbitrio: suauiter enim omnia disponens diuina Sapientia (quæ creauit me sine me non passiuè, quoniam creatio in me terminata est, sed sine me cooperante, non saluat me sine me cooperante) mouet per gratiam suam liberū arbitrium ad ob-

AD SEXTVM sic proceditur. Viderur qd remissio culpæ non sit effectus penitentiæ, secundum quod est uirtus. Dicitur enim penitentiæ uirtus, secundum quod est principium humani actus: sed humanus actus non operatur ad remissionem culpæ, quæ est effectus gratiæ operantis. ergo remissio culpæ non est effectus penitentiæ, secundum quod est uirtus.

¶ 2 Præ. Quadam alia uirtutes sunt excellentiores penitentiæ: sed remissio culpæ non dicitur effectus alicuius alterius uirtutis. ergo etiam non est effectus penitentiæ, secundum quod est uirtus.

¶ 3 Præ. Remissio culpæ non est nisi ex uirtute passionis Christi, secundum illud Hebr. 9. Sine sanguinis effusione non fit remissio. sed penitentiæ, in quantum est sacramentum, operatur in uirtute passionis Christi, sicut & cetera sacramenta, ut ex supra dictis patet. ¶ ergo remissio culpæ non est effectus penitentiæ, in quantum est uirtus, sed in quantum est sacramentum.

SED CONTRA, Illud est proprie causa alicuius, sine quo esse non potest: omnis enim effectus dependet a sua causa: sed remissio culpæ potest esse a Deo sine penitentiæ sacramento, non autem sine penitentiæ secundum quod est uirtus, ut supra dictum est. ¶ unde & ante sacramenta nouæ legis penitentibus Deus peccata remittebat. ergo remissio culpæ est præcipue effectus penitentiæ secundum quod est uirtus.

RESPON. Dicendum, qd penitentiæ est uirtus, secundum quod

est principium quorundam actuum humanorum. Actus autem humani, qui sunt ex parte peccatoris, materialiter se habent in sacramento penitentiæ. Omne autem sacramentum producit effectum suum non solum uirtute formæ, sed etiam uirtute materiæ: ex utroque enim est unum sacramentum, ut supra habitum est. ¶ unde sicut remissio culpæ fit in baptismo, non solum uirtute formæ, sed etiam uirtute materiæ; scilicet aque, principalius tamen uirtute formæ, ex qua & ipsa aqua uirtutem recipit: ita et remissio culpæ est effectus penitentiæ, principalius quidem ex uirtute clauium, quas habent ministri, ex quorum parte accipitur id, quod est formale in hoc sacramento (vt supra dictum est) secundario autem ex ui actu uirtutem penitentiæ, tamen prout hi actus aliquantulum ordinantur ad clauis ecclesiæ. & sic patet, qd remissio culpæ est effectus penitentiæ, secundum quod est uirtus; principalius tamen, secundum quod est sacramentum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod effectus gratiæ operantis est iustificatio impij, ut in secunda parte dictum est, ¶ in qua, ut ibidem dictum est, non solum est gratiæ infusio & remissio culpæ, sed etiam motus liberi arbitrii in Deum, qui est actus fidei formata, & motus liberi arbitrii in peccatum, qui est actus penitentiæ. Hi tamen actus humani sunt ibi, ut effectus gratiæ operantis, simul producti cum remissione culpæ. unde remissio culpæ non fit sine actu penitentiæ uirtutis, licet sit effectus gratiæ operantis.

AD SECVNDVM dicendum, quod in iustificatione impij non solum est actus penitentiæ, sed etiam actus fidei, ut dictum est. ¶ & id remissio culpæ non ponitur effectus solum penitentiæ uirtutis, sed principalis fidei & charitatis.

AD TERTIVM dicendum, quod ad passionem Christi ordinatur actus penitentiæ uirtutis, & per fidem, & per ordinem ad clauis ecclesiæ. & ideo utroque modo causat remissionem culpæ uirtute passionis Christi.

AD ID autem, quod in contrarium obijcitur, dicendum est, qd actus penitentiæ uirtutis habet, qd sine eo non possit fieri remissio culpæ, in quantum est inseparabilis effectus gratiæ, per quam principali ter culpa remittitur, quæ etiam operatur in omnibus sacramentis. & ideo per hoc non potest concludi, nisi qd gratia est principalior causa remissionis culpæ, quam penitentiæ sacramento. Sciendum tamen, quod etiam in ueteri lege & in lege nature, erat aliquantulum sacramentum penitentiæ, ut supra dictum est.

quendum gratiæ per hoc, quod uirtus illa, secundum illam operando. Et p. p. actus lib. arbit. iam respectu Dei, quam respectu peccati in iustificatione inueniuntur effectus gratiæ operantis, & non ponunt in numerum cum ipsa gratia operante: & propterea dictio exclusiva addita gratiæ non excludit huiusmodi actus liberi arbitrii, utpote suos effectus. cum enim dicitur, sola causa facit hoc non excluditur, quin faciat illud mediante aliquo suo effectu. Et hunc esse sensum Auctoris, apparet in calce huius arti. ubi dicitur, qd actus penitentiæ uirtutis habet, qd sine eo non possit fieri remissio culpæ, in quantum est inseparabilis effectus gratiæ. Nec obstant allegata in oppositum, quoniam ibi loquitur de gratia, ut distinguitur contra liberum arbitrium absolute, & non contra liberum arbitrium ipse gratiæ. Unde op. postico modo uidentur se habere actus liberi arbitrii & gratiæ penes operandum & cooperandum. nam in gratia operante liberum arbitrium se habet ut cooperans: in gratia uero cooperante liberum arbitrium se habet quasi ut operans, & propterea connumeratur gratiæ.

Q. 86. ar. 6.

Q. 84. ar. 1.

Lib. 2. q. 11. in diuisione quest.

In solutione precedentis art. 1. q. 2. 113. art. 4.

Q. 84. ar. 1. ad 1.



Super Questionis octuagesime septima Articulus primus.

IN 1. ar. q. 87. dubium duplex occurrit. Primum circa literam: ubi dicitur, Exigitur ad remissionem peccati mortalis, ut homo actualiter singula...

QVAESTIO LXXXVI.

De remissione uenialium peccatorum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de remissione uenialium peccatorum.

ET circa hoc quaeruntur quatuor.

Primo, Vtrum sine penitentia peccatum ueniale possit dimitti.

Secundo, Vtrum possit dimitti sine gratiae infusione.

Tertio, Vtrum peccata uenialia remittantur per aspersionem aquae benedictae, & episcopalem benedictionem, & unctiorem peccatoris, & orationem dominicam, & alia huiusmodi.

Quarto, Vtrum ueniale peccatum possit remitti sine mortali.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum peccatum ueniale possit remitti sine penitentia.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod ueniale peccatum possit remitti sine penitentia. Pertinet enim ut supra dictum est, ad rationem uerae penitentiae, quod non solum homo doleat de peccato praeterito, sed etiam proponat cauere de futuro: sed sine tali proposito peccata uenialia dimittuntur, cum certum sit, quod homo sine peccatis uenialibus praesentem uitam ducere non...

Ad hoc horum euidens tam duplici utendū est. Prima de remissione peccatorum dupliciter, hoc est plena, uel quo ad culpam tantum, & regulariter uel ex speciali gratia. Secunda est de displicentia peccati formalis uel uirtualis, & formalis, generali, uel uirtuali. uocatur autem displicentia formalis, quae formaliter est displicentia, quae potest dupliciter contingere, scilicet, ut sit uirtualis, comprehendens, scilicet omnia peccata commissa, cum uera uoluntate ab omnibus, & singulis abstinendi: & hoc potest esse in momento, & est contritio sufficiens ad remissionem infinitorum peccatorum mortalium: quia sufficit ad gratiam habendam, quantum est, ex parte hominis, iuxta illud Ezech. In quacumque hora ingemuerit peccator &c. & talis displicentia uideatur fuisse in latrone, & c. bro accideret creditur his, qui uere conuertuntur ad Deum post multa crimina. alio autem modo contingit displicentia formalis, cum homini displicet se peccasse, ita quod & omnia & singula sua peccata in generali sibi displicent, & uellet in ea amplius non incidere, non tamen peruenit ad hoc, quod uere uult se proponit amplius non incidere, & haec non sufficit ad remissionem peccati mortalis: uirtualis autem displicentia uocatur, quae non est formaliter displicentia, sed est formaliter alius actus, puta dilectio Dei, tanta uis, ut ex eo nata sit sequi displicentia peccati: quod si tunc occurreret memoria peccati, ex ui illius actus sequeretur formalis displicentia peccati: & sic omnis actus dilectionis Dei ex charitate procedens, potest dici uirtualiter displicentia peccati mortalis.

His praebitis ad primum dubium dicitur, quod uerba auctoris uera sunt de peccati mortalis remissione plena, & regulari: quoniam regulariter non fit remissio peccati mortalis, quo...

ad culpam, & omnem penam, nisi homo quantum in se est, detestetur singula mortalia: sicut in singulis plus sibi indulsit, quam debuit.

Cum autem quaeritur an de singulis singillatim &c. respondetur, quod hoc potest dupliciter intelligi: uel quod cuilibet peccato singillatim debeat...

ergo peccata uenialia possunt remitti sine penitentia.

2 Praet. Penitentia non est sine actuali displicentia peccatorum: sed peccata uenialia possunt dimitti sine displicentia actuali eorum, sicut patet in eo, qui dormiens occideretur propter Christum: statim enim euolaret, quod non contingit manentibus peccatis uenialibus, ergo peccata uenialia possunt remitti sine penitentia.

3 Praet. Peccata uenialia opponunt feruori charitatis, ut in secunda parte dictum est: sed uinum oppositorum tollitur per aliud, ergo per feruorem charitatis, quem contingit esse sine actuali displicentia peccati uenialis, fit remissio peccatorum uenialium.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. de pen. quod est quaedam pena, quae quotidie agitur in ecclesia pro peccatis uenialibus: quod frustra esset, si sine penitentia peccata uenialia possent dimitti. ut ergo quod peccata uenialia non possint sine penitentia dimitti.

RESPON. Dicendum, quod remissio culpa, sicut dictum est, fit per conditionem hominis ad Deum, a quo aliquo modo separatur culpa: sed haec separatio perfecte quidem fit per peccatum mortale, imperfecte autem per peccatum ueniale: nam per peccatum mortale mens omnino a Deo auertitur, ut pote contra charitatem agens: per peccatum autem ueniale retar-

factionem, quae debetur huiusmodi non occurrentibus. Ad secundum dubium dicitur, quod auctor loquitur de plena remissione & regulariter: quoniam plena remissio regulariter exigit contritionem & confessionem singulorum, ubi oportet adesse displicentiam formalem, & non solum uirtuale. Magdalene autem displicentiam formalem licet non legamus, sed uirtuale uis in actu dilectionis, & fidei: lacrymae tamen formalem displicentiam attestantur. In cuius signum, cum post resurrectionem Lazari pedes eius iterum ungeret & capillis tergeret, lacrymae non afferunt, quia iam peccatrix non erat: dominus autem originaliter in se uirtualem actum qui est causa displicentiae formalis, pro causa remissionis adducens, non excludit proximum actum displicentiae formalis: quamuis si ex speciali dono Dei sola displicentia uirtualis actualiter sufficiens saluatur conuersus poenitentiae implicite & uirtualiter.

In responsione ad secundum, aduerte idem esse iudicium de dormiente occiso pro Christo uel baptizato, quod intelligo secundum merita secundarum causarum. Nam si quis iussit dormire cum proposito dimittendi mane mendacium officiosum, & interim dormiens occideretur pro Christo, crediderim ego ex diuina largitate etiam illius peccati plenissimam remissionem per martyrium consequi, quauis per baptismum illius remissionem non consequeretur, propter uoluntatem actualiter actualitate uirtuali peccato inhaerentem.

In responsione ad tertium, circa materiam argumenti, scilicet peccatum ueniale opponi feruori charitatis, Durandus in 4. sent. dist. 16. q. 1. ar. 1. occurrit, dicens hoc esse falsum: quia nec formaliter, nec consequentive opponitur feruori charitati.

1. q. 97. & 2. q. 24. 2. 2. ad 3.

In li. de medicina pen. Et li. de uitalitate pen. ca. 10. q. 1.

q. praec. ar. 3. & q. 86. ar. 4.

Maria d. 1. q. 87. 2. q. 24. 2. 2. ad 3. 1. q. 97. & 2. q. 24. 2. 2. ad 3.